





1771.

1. Heise, Joannes Arnoldus: De re apificaria Hamburgensi.

2. Winkler, Carolus Fridericus, Ord. jur. Decanus: Programma:

De avarii securitatis contra incendiorum pericula
praestanda causa constituti ordinatione a magi-
strata municipalis sine principis confirmatione
non promulganda.

1772. Müllmann, Joannes Fictor: Commentatio hermeneu-
tica juris ecclesiastici et Cap. V. §. 1: De sententia
excommunicationis.

1773.

1. Fictor, Joannes Jurium: Reservationes ex sententia
facultatis juridicae Halensis

2. Fictor, Joannes Jurium: De havariorum discrimine
in primis ex legibus nauticis Germaniae Septem-
trionalis

3. Fictor, Joannes Jurium, Ord. jur. pro Decanus: Programma:
Comparatio juris nautici Posseani et Hamburgensis

antiquis in materia H. hevariarum, dissertationi
in uny. Gullici Rudolphi Leshoff praemissum

1773.

4. Winklerus, Carolus Fridericus: De erroribus praegre-
goricorum circa probationem in perpetuam rei
memoriam.

5. Winklerus, Carolus Fridericus, Ord. jur. Decanus: Programma
de appellatōne executionum sententiae heredi-
scriptae heredis possessionem agnoscantis neque
habet in foris Holsaticis impediunt, disserta-
tio in uny. Leonis Friderici Langhoff praemissum.

1775

1. Trendelenburg, Adolphus Frid: Selecta quaedam capita
doctrinae: De jure possessionis circa fructuum percep-
tionem

2. Trendelenburg, Adolphus Frid: De honorario ejusque a mercatoribus
discrimine

1776

1. Mellmann, Joannes Victorius: Oratio de causis juris incerti in creatione et inauguratione juris in Libenbati seu protoctoris (Joannis Fictorici Schuabelii)
2. Mellmann, Joannes Victorius: Specimen I cautionum, quae in juris Germanici privati studio et applicatione sunt adhibenda. Prolusio, dissertationi inang. Joannis Fictorici Schuabel praemissa.
3. Mellmann, Joannes Victorius: De condictione curae legitime, quae feminis Lubecensibus in patres et sorores male rese gerentes competit, iuxta et vero fundamentis. ad art. 5 lit. 10 G. I. juris Lubecensis.

1777.

Kach, Joannes Christianus: De constituto sibi alicuius que ad fidem jurisdictione discrimine

1778

1. Jensen, Fridericus Christophorus: De libera bene erite alienandi facultate in Holsatia per speculum Haemicum. non restricta.

1778.

2. B. Mellmann, Francus Hibernicus: Biga orationum academi-
carum.

3. Mellmann, Francus Hibernicus: De decisione causarum
ex legibus aequi atque boni. Proctoris h.t. oratio
adititialis.

4. Musaeus, Fr. Daniel Hunsicus: De causis praecipue-
nis divitum Germaniae in pagos sensim desierit,
sub initio lectionum hibernicarum commentatur.

5. Trendelenburg, Adolphus Fridericus, Ord. jur. proficuum.
Programma: „Nunc jure retractus gentilitii in praedictis
nobilibus Hibernicantibus et Holsaticis non obtinent
Invitationi Friderici Christophori Fenslen praemittit.“

6. Winkler, Conradus Fridericus: De lucro ex confiscatione
an et quatenus in juri ditionis patrimonialis
percipiatur?

1794.

Cramer, J. G.: Ad historiam novellarum Turpinianis
Temp. Analecta Literaria. Simulque ad Christiani VIII
natalium celebrandum invitatio.

1796.

Cramer, Henricus Frider. Christ.: De ultimis suppliciis
in homicidii reos jure constituendis.

Cramer, Andreas Gottlieb, Ord. jur. Notarius: Pro-
gramma: De sigla Digestorum ff., dissertationi Henr.
Frider. Christiani Praemissum.

1771

1771

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.]



EINERLEIIGEN VERORDNUNGEN

RE-OPIFFICARIA HAMBURGENSIS

SEINER MAJESTÄTEN
CAESARAE CELSITVDINIS, SERENISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI

FRANZISCAE PETRIDIS

RECTORIS ET CANCELLARII
HAMBURGENSIS

VERORDNUNGEN

PRO LICENTIA

DRUCKT

JOHANNES

VERLAG

HAMBURG





4, 201.
ad. 3. 1081.

ORDINIS IVRIDICI DECANVS
CAROLVS FRIDERICVS
WINKLER D.

268
1771, 2

VIRI PRAENOBILISSIMI

DOCTISSIMIQUE

IOANNIS ARNOLDI HEISE

HAMBVRGENSIS

SOLEMNIA INAVGVRALIA

INDICIT

QVAEDAM PRAEFATVS

DE

AERARII SECVRITATIS CONTRA INCENDIO-
RV M PERICVLA PRAESTANDAE CAVSSA CON-
STITVTI ORDINATIONE A MAGISTRATV
MVNICIPALI SINE PRINCIPIS CONFIR-
MATIONE NON PROMVLGANDA.

[MILIAE LITTERIS MICH. FRIEDER. BARTSCHII
ACAD. TYPOGR.

1771.



1777

ORDINIS IURIDICI DE CANONICA
CAROLVS TERTIVS
WINKLER D.

WILF. FRANKENBERGER
DOCTOR

HOCHSCHULE
HALLER

SOBRIETATE
HALLER

ORDINIS IURIDICI
HALLER

ANNO SECUNDI
HALLER

HALLER

1777



Politiae vocabulum, quod secundum nativam suam significationem regimen civitatis denotat, vel totius etiam reipublicae administrationem, variis semper ambiguitatibus fuit obnoxium, quas nondum penitus exterminavit laudanda opera, quam Viri eruditi, & in omnibus, quae ad prudentiam civilem pertinent rebus versatissimi, in pertractanda Politiae disciplina, & certis illi adsignandis limitibus, nostris temporibus consumserunt. Absconditi porius adhuc sunt & difficiles, quos tota illa res habet recessus, & siue de adaequata politiae definitione quaeras, siue quaenam res, quae negotia ad politiam referenda sint, scire cupias, fluctuantes mirum in modum videbis Doctores, & tot diuersas inuenies opiniones, quot capita viuunt. Mox enim genus vel formam reipublicae omnem per politiam expriment (a); mox subalternationem ordinum & collegiorum politiam vocant (b); mox pro Politeumate ea accipitur, siue iure vten- di fruendi vtilibus & necessariis, quae inter ciues eiusdem vniuersitatis, ad vitae huius usum & consortium sunt constituta (c); mox ea Politiae propria esse adfirmant, quae iudicis decisionem non requirunt (d); mox ad Politiae ambitum ea referenda

A 2

(a) PRATEVS in *Lex. jur. ciu.* & *Can. ad vocem. Politia.*

(b) BEIER de *colleg. epif. c. 3. n. 88.* BESOLDVS de *jure collegior. c. 1. n. 2.*

(c) FELLWINGERI *Diss. polit. XI. de Politia S. 1 seq.*

(d) STRUBE im *gründlichen Unterricht von Regierungs- und Justizsachen Sect. 2. c. 7. pag. 42 & Sect. 4. §. 26. p. 170.* Ita quoque de hac re sentire videtur MONTESQUIEU qui de *l'Esprit des Loix. L. 26. c. 24.* scribit, dans *l'exercice de la Police c'est plutot le Magistrat qui punit, que la loi; dans les ju-*

gemens des Crimes, c'est plutot la Loi qui punit, que le Magistrat.

Les matieres de Police sont des choses de chaque instant, & du il n'y faut donc guere des formalités.

Les actions de la Police sont promptes, & elle s'exerce sur des choses, qui reviennent tous les jours: les grandes punitions n'y sont donc pas propres. Elle s'occupe perpetuellement de details: les grandes exemples ne sont donc pas faits pour elle. Elle a plutot des Reglements, que des Loix; les gens qui relevent d'elle sont sans cesse sous les yeux du Magistrat: c'est donc la faute du

da esse putant, quae ad ordinem, vtilitatem & decus ciuitatis pertinent (e); mox sigillatim recensendo ea, quae ad Politiam spectare arbitrantur, omnem difficultatem remouere allaborant. Sic MARIUS (f), *la Police*, inquit, *est toute renfermée dans ce onze parties, la religion, la discipline des moeurs, la santé, les vioues, la sureté & la tranquillité publique, la voire, (les Soins des edfices & des voyes publiques) les sciences & les arts liberaux, le commerce, les manufactures & les arts mecaniques, les seruiteurs domestiques, les manouvriers & les pauvres: & magis fufe, quam par erat ea proponit HEVMANNVS (g), nobis politia, scribens, summum reipublicae bonum semper intueri videtur, nec splendidis modo regum turribus delectatur; verum etiam sordida pauperum latibula & obscura perreptat, ciues suos (quae praecipua cura est & maxima) tutos, saluos & incolumes praestat; tum quae ad victum & cultum suppedient, consilium domi, foris metum, parat, omnesque vitae necessitates, commoditates & amoenitates sibi cordi habet; agricolas, artifices, mercatores, nauatas, fossores aeque instruit, hortatur, regit, colit ac principes, praetores, sacerdotes, literatos, milites, nihilque, quod ad bene beateque viuendum valeat, praetermittit. In haec si vestigia incurere velimus, opus sane haud foret, vt, quae secundum ingenium huius vel illius auctoris negotia, ad politicae iura spectent, sollicitè perferutaremur, sed meliori forsàn consilio, ex ipsis legibus & ordinationibus politicis, tam vniversalibus imperii R. G. quam illis, quas singuli status in suis terris, hunc in finem promulgarunt, decisio quaestionis, quae res politicae complexum constituunt, peteretur. At enim vero neque haec via satis tuta, potius valde lubrica & confragosa videtur, & vereor, ne ea incedentes, eadem ratione grauiter impingant ac illi, qui*

quae

Magistrat. s'ils tombent dans les excès. Ainsi il ne faut pas confondre les grandes violations des Loix, avec la violation de la simple Police; ces choses sont d'un ordre different.

(e) HEINECCIUS in *elem. jur. Germ. L. I. tit. 5. §. 113.* & in *diff.*

de colleg. & corpor. opif. c. 2. §. 16. AYRER in *diff. de S. R. I. principi polit. circa commercia & stud. ciu. suor. rite adornant. Sect. 1. §. 2.*

(f) de la Mare dans le *Traité de la Police T. 1. §. 4.*

(g) in *institis jur. polit. Germ. c. 7. §. 45.*

quae iura, inter regalia sic dicta iura pertineant, ex II. F. 56. addiscere olim vano ausu voluerunt. Nimirum & hic non raro quadrata miscentur rotundis, & in multis eiusmodi ordinationibus politicis, praeter poenas, in delicta publica statutas, sanctiones occurrunt de sponsaliis, matrimoniis, tutelis & curatationibus, de contractibus variis, immo & de iudiciis, normisque, a iudicibus, causarum patronis & procuratoribus observandis, quae omnia, accuratus rerum existimator, ad politiae terminos neutiquam ablegabit, sed meliore iure causarum iustitiae vindicabit finibus. (h) Nobis quidem, dubia huius rei vexatissimae, optima ratione illi euellere videntur, qui politia, vel in latiori, vel strictiori significato accepta, per illam totius rei publicae constitutionem, ad omnium civium salutem, & felicitatem compositam; per hanc ordinationem rerum intelligunt, quae vitae necessitatem & commoditatem respiciunt in republica, a principe promulgatam & adprobatam, ut iis rebus suus ordo constet, decus atque integritas (i). Sic enim omnes causae, quae usibus vitae humanae conveniunt, hancque vel suaviorem vel commodiorem reddere possunt, politiae tribuuntur; omnes reliquae autem, ubi non tam de usibus publicis, quam potius de iure singulorum quaestio est causae, iustitiae tribunalium cognitioni & decisioni subiectae merito censentur (k). Quod autem hoc modo conflictus illi penitus tollantur, causarum politiae & iustitiae, qui quotidie fere inter eos occurrunt, quibus politiae cura est demandata, & eos, qui iuri dicundo & litibus forensibus diiudicandis praesunt, id quidem adfirmare non audemus, potius de eo valde dubitamus, quum infiniti dentur negotia generis, in quibus ius singulorum & publica utilitas pari passu ambulant, & utrumque tam arcte est connexum, ut unum ab altero difficulter separari queat, ita ut eadem causa nunc politica, iuridica nunc, & vice versa, ea quae disce-

A 3

(h) conf. SCHREIBER in diss. de caus. polit. & earum, quae iustitiae dicuntur conflictu & differ. Sect. 1. § 5.

(i) THOMASIVS in observat.

ad testam. D. Melchior von Offen c. 1. not. 105. p. 213. SCHREIBER l. c. §. 2.

(k) SCHREIBER l. c. §. 5. Sect. 3. §. 3.

VI

disceptatione forensi expeditur, politica etiam dici optimo iure mereatur.

Quidquid demum huius rei sit, curam circa incendia oriura praecauenda, & circa orta breui tempore & facili negotio restinguenda, Politiae potissimum adtingere forum, vno ore factentur omnes (1), & res ipsa loquitur, quum pericula & damna ex incendiis certa sint, & vt plurimum cum tristissimo vitae atque bonorum interitu coniuncta, ad quae auertenda illi sine dubio tenentur, qui ad securitatem, incolumitatem & commoditatem ciuium promouendam obstricti sunt. Ad principis officia haec imprimis pertinere, ex ipsa reipublicae indole ac fine, nec non ex vinculo illo sequitur, quod ipsum inter atque subditos intercedit. Hoc enim obligat imperantem, vt non solum ab extraneorum hostium iniuriis atque excursionibus ciues tueatur, sed vt in gubernanda republica quoque omnem moueat lapidem, ne salus sibi subiectorum ullo modo periclitetur, potius salua ea semper sit atque tecta, vtque bonis suis & omnibus rebus, ad vitae humanae conseruationem necessariis, libere, secure & commode fruantur. Curam itaque politiae, summae in republica potestati, principi nimirum competere, siue iis collegiis supremis solum incumbere, quae sub principis auspiciis ad ciuitatis gubernacula sedent, adfirmare non dubitamus, quare a cognitione & decisione causarum, ad politiam spectantium, dicasteria, quae administrandae iustitiae causa sunt constituta, abstinere, eamque collegiis iis sanctioribus relinquere debent. (m) Principes autem, quamuis salutis ciuium suorum, patrum instar studiosissimi, quum vix omnibus gerendis sufficiant, quae vel publici status conseruatio, vel urgentes priuatorum necessitates requirunt, saepissime vel omnem politiam, vel quasdam eius partes, nunc peculiari collegio, nunc magistratui oppidano committunt, & tunc non raro euenire solet, vt hic magistratus potestatem sibi concreditam ultra modum extendat, & audacter satis exercitio iurium se immisceat, quae summi imperan-

(1) ESTOR in der Deutschen *DEINLIN diss. de singul. custod.*
Rechtsgelahrheit P. 2. §. 6372. *ign. cura & inspect. c. 1. §. 3.*

(m) STRYBE l. c. Sect. 4. §. 24.

perantis propria sunt, & sine ipsius permissione, non nisi cum maxima iniuria a quouis impetuntur.

Inter instituta valde vtilia, immo necessaria fere referuntur illae societates, cuius membra sibi securitatem, de reparatione damnorum ex incendiis oriundorum facienda, pollicentur, die *Feuerversicherungs Gesellschaften*, vel *Brandgilden* vulgo dictae, & quilibet ciuis, vt iis se adiungat, si modo rite sint institutae, eadem ratione a principe cogi potest, qua pater, cui salus liberorum cordi est, medicamenta accipienda iis intrudit, quamuis ipsis inuisa ac nauseosa. (n). Ex calamitatibus & casibus infestis, quibus singuli uniuersitatis ciues adfliguntur, montes malorum in totam plerumque irruunt rempublicam, quum ciuis, bonis suis incendio haustis & inflagrat, ad incitas reductus, non solum inidoneus plane redditur, ad partem onerum ferendam, quae quouis ad communem utilitatem erogare tenetur, verum etiam vel aliorum auxilia implorando, vel alia ratione, turpia & illicita lucra quaerendo, oneri, sumtui, atque miseriae, reliquae certissime erit societati. (o) Protegendi igitur sunt ciues contra flammaram violentiam, & quum hoc vix meliori via fieri possit, quam per illud, quod vocant *Affecuratio* nis institutum, eius constitutio, ordinatio, atque conseruatio inter primas curas gubernatorum ciuitatis merito refertur. Quamuis enim infortunium ipsum hoc modo non prohibeatur, quippe cui, omni cautione & prudentia adhibita, mortales saepissime haud sufficiunt, tamen leuatur egregie, perniciofa incendiolorum consequentia reprimitur & coercetur, ita vt vim suam in totam non exserant ciuitatem, sed facilius & aequiori animo ferri queant. Hanc vero quoque curam ad principem potissimum pertinere, & magistratum municipale, quamuis politiae negotia ipsi sint demandata, societatem, qualem iam descripsimus, neque constituere, neque de aerario ipsius stabiliendo, augendo, conseruando, administrando ordinationem, eine *Brandrassordnung* absque principis praescitu & confirmatione promulgare posse, arbitramur.

Multi

(n) von Justi in der *Grundrissigkeit der Staaten* T. I. L. 6. c. 24. S. 2. §. 715.

(o) Idem *ibid.* c. 32. §. 877.

Multi quidem sunt, qui magistratum quemvis, etiamsi iurisdictione careat, iure administrationis, propria auctoritate statuere posse audent, de rebus, quae ad iura universitatis, administrationem bonorum, civium negotiationes, & in genere ad politiam pertinere dicuntur (p). Quum vero, quae iure proprio nobis competunt, ad consensum alterius, ne principis quidem sint adstricta, mirandum certe non est, ICTos illustri laude conspicuos, in eam delabi sententiam, quod eiusmodi a quovis magistratu municipali, profectae ordinationes, perfectum legis habeant vigorem, principe etiam non interveniente, cuius confirmationem quidem utilem interdum, adeoque suadendam, minime autem necessariam esse, sibi persuadent (q). Cui sententiae si calculum nostrum adponimus, liberrima simul magistratui concedenda erit potestas, circa socierates Assurationum contra flammaram injurias, erigendas, & circa aerarium, hunc in finem variis legibus circumscribendum, quum ipsi antea ignium curam ad ea revocaverimus negotia, quae politiae regionem ingrediuntur. Romani sane sapientissimo instituto, hanc curam peculiaribus magistratibus demandarunt, & non solum Triumviris capitalibus, inter alia injectum fuit, ut ab incendiis caueretur, verum etiam Quinqueviri adjuvatores iisdem eundem in finem constituti, & Triumviri nocturni, ut incendiis praecauendis, & mature restinguendis operam darent, donec Augustus, hisce abrogatis, custodias publicas e militibus designavit, iisque Praefectum vigilum adjunxit, & denique Justinianus, relicta simul Aedilibus, tanquam Curatoribus urbis, generali ignium custodia, suppresso Praefecti vigilum magistratu, omnem hanc curam in Praetorem Populi, varias ob causas, illi parum honorificas, transtulit (r). Sed ineptissimus foret

(p) MEVIUS ad jus Lub. quaeft. praelim. 2. d. 66 seq. ZAHN in politic. municip. L. 1. c. 34. n. 24. VON JUSTI Grundsätze der Polizeywissenschaft L. 4. c. 24. §. 386. HORNIUS in diss. de confirmat. Statut. municip. §. 35. aliique plures.

(q) RICCIVS von Stadtgesetz

ben L. 2. c. 5. §. 1. MENCKEN de statut. non confirm. eff. lib. 10. STRYBE l. c. Sect. 4. §. 24. not. b. FLÖRCKE in wie weit Polizeysachen vor die Justiz-collegia gehören §. 2.

(r) MARQUART de cura Romanor. circa incendia. DEINLIN diss. cit. Sect. 1. §. 8 seq.

foret conatus, & sibilis confectandus, si quis pestilentia illa, quam vocat *IVDEWIGIVS* (s), Doctorum quorundam infectus, ciuitatis Romae vel municipiorum Romanorum instituta, nostris ciuitatibus provincialibus accommodare, & causas publicas patriae nostrae, ex legibus Latii aestimare, aut ad peregrinae reipublicae cynosuram reuocare vellet. Missis potius his & similibus ficulneis argumentis, ne ad coloranda quidem imaginaria ista magistratuum nostrorum iura aptis, decisio omnis causae, ex ipsa reipublicae nostrae indole & negotii, de quo quaeritur, natura erit petenda.

Negotia nimirum, quae ad politiam, quatenus in significato strictiori accipitur, spectant, ea tantum esse, jam supra monuimus, quae ad securitatem, commoditatem, & decus ciuitatis conducunt; & haec quoque ea sunt, circa quae, ne nimis seueri iudices videamur, placita magistratus oppidani, etiam principis auctoritate haud munita, admittimus, quamuis alii, omnes liberalitatis riuulos occludentes, & hanc facultatem statuendi ipsi denegent, eamque soli maiestati, tanquam omnis iuris fonti ac scaturigini vindicent (t). Reliqua autem omnia, quae fines jam adductorum negotiorum egrediuntur, adeoque diuersae plane sunt naturae, & ad politiam in sensu latiori acceptam, potius pertinent, a magistratus dispositione prorsus aliena sunt, cuius de illis condita statuta, omni valore destituntur, & non nisi ex principis adprobatione & confirmatione robur suum accipiunt. Quae quum ita sint, ad magistratus officium cura ignium in tantum rectissime refertur, vt per ordinationes propositas, de incendiis praecauendis, ciues mone- re, de restinguendae flammae modis statuere, & quae a quo- uis, periculo vel imminente, vel irruente, obseruanda & pe- ragenda sint, praescribere possit; haec enim omnia, securitatem & conseruationem ciuitatis flagitare, quilibet facile concedet.

B

Socie-

(s) in *diff. de opific. exule in pagis* §. 2. p. 19.

(t) SCHREIBER l. c. Sect. 2. §. 4. in *fin. DEINLIN in diff. cit.*

Sect. 2. §. 2. qui etiam statuta sic dicta incendiaria, a principe solum promulgari posse contendit.

Societates autem Assëcurationis incendiariac, & ordinationes, eas fundantes, neque commoditatem, neque decus, neque tranquillitatem totius ciuitatis respiciunt, sed ad singulorum potius tendunt vtilitatem, vtque iis damna, per ignem, confectorem & consumtorem omnium, illata, a reliquis membris reparentur, primario curant, cuius rei exiguus, immo nullus planè cum Politia nexus deprehenditur.

Non desunt vero alia, eaque grauissima momenta, quae magistratum oppidanum se isto negotio abstinere debere, luculentissime euincunt, & ad iura summi imperantis illud solum pertinere, optime commonstrant. Quamuis enim curam circa collegia in ciuitate iam constituta, vt nempe secundum ordinem praescriptum in iis omnia fiant, nihilque, quod tranquillitatem publicam turbare possit, suscipiatur, politiae custodibus competere, & eatenus magistratus inferioris officio contineri, lubenter largiamur (u), neque negemus, ejusmodi magistratum, collegia varia constituendi facultatem, vel ex longa consuetudine, per quam exercitium regalium ad ciuitates saepe peruenit, vel ex principis concessione, quae tamen ex jurisdictionis omnimodae indultu minime est colligenda, acquirere posse (v): praeter hunc casum tamen, nulli magistratui municipali, jus confirmandi societates & collegia adscribi posse, non minus adfirmamus. Penes solum Imperatorem apud Romanos jus erat constituendi collegia, quae ex ipsius auctoritate nunc instituta, nunc abolita iterum fuisse nouimus (w), & in nostro quoque imperio R. G. imperatores iam antiquis temporibus, collegiis, vt per vniuersum imperium licita haberentur, in comitiis, accedente procerum consensu, originem dedisse, atque immunitates, variis exemplis proba-

ri

(u) MEVIUS P. 4. *decis.* 301. 13. n. 4 seq. FRITSCHIVS *de col. leg.* c. 4. *thes.* 2. n. 3 seq.

(v) IDEM P. 8. *decis.* 241. & in (w) HEINECCIUS in *dist. de comment. ad jus Lub.* Lib. 4. *tit. colleg. & corp. opif.* c. 1. §. 19.

ri potest (x). Sed quid exemplis opus est, ex remotis temporibus petitis, in re, quae tanta luce est circumfusa, quam ipsis juris publici vniuersalis principiis satis constet, omnem circa societates in republica quascunque vel instaurandas, vel prohibendas, vel supprimendas potestatem, ad principem spectare, qui solus actiones tam singulorum ciuium, quam vniuersitatum & corporum dirigit, ordinar, atque legibus ita circumscribit, vti salus reipublicae, quae suprema lex esse debet, id requirere videtur. Hunc itaque adeant etiam ii, qui societatem eo fine constare cupiunt, vt ruinae fortunarum, incendio consumtarum, communi auxilio & facultatibus omnium membrorum subleuentur, hujus auctoritatem & confirmationem ante omnia implorent, nec magistratus consensum sibi sufficere, erronee existiment, probe perpendentes, jus constituendorum collegiorum, adnexum esse superioritatis territorialis, & juribus praecipuis principum imperii recte adnumerari (z).

Finis praeter ea, societatum istarum requirit, ut aeriarium constituatur, in quod quilibet sodalis, stas quibusdam temporibus, pro quantitate pretii, quo fundi sui, quorum periculum praestatur, aestimati fuere, determinatam non solum porriunculam referre, verum etiam damno, ex flamma furibunda, ingente atque immani suborto, cui resarciendo argentum in arca positum non suppetit, subductis rationibus, quotam extraordinariam, secundum conspectum pecuniae, ad opus abfoluendum necessariae, soluere teneretur. Haec omnia autem speciem habent collationis pecuniariae, siue collectae, quam ciuibus imponere, & modum eam petendi determinare, magistratus nulla ratione potest. Est quidem ea quorundam
B 2 haere-

(x) conf. THILO in diss. de diuers. opif. confus. Germ. parum profic. adeoque non permitt. S. 11.

(z) HERTIVS de Superiorit. terris. S. 17. LIMNAEVS in iure publ. L. 4. c. 8. n. 298. LEYSER medit. ad Pand. Spec. 559. coroll. 2.

haerens, quemlibet magistratum municipale, jurisdictione praeditum, hoc jure exactiones, pro utilitate ciuitatis cogendi gaudere, immo in necessitatis casu, quae legem non agnoscit, etiam magistratum, jurisdictione destitutum, conuocatis & consentientibus ciuibus, de aere collatio irrogando statuere posse, & in genere quamuis ciuitatem, neque regalia, neque iurisdictionem habentem, quamuis etiam uniuersitatem, collectionum indictionem ad onera uniuersitatis sustinenda, sine imperantis permisso, rectissime sibi adrogare, si modo, iusta & legitima causa adparente, totius uniuersitatis consensus, & decretum accedat (a). Quis uero nexus sit inter jurisdictionis exercitium & jus collationes exigendi, ita ut ab illo ad hoc argumentum ducere liceat, & quomodo haec inter se cohaereant, illum qui a regalibus omnibus est exclusus, praecipuum regalium jus, nempe collectandi pro arbitrio exercere posse, vix omni animi ratione adsequi quis poterit. Per modum conventionis ciuitas se adstringere potest, ad collationes quasdam, necessitate ita exigente, faciendas, sed & hae collectae priuatae atque pactitiae, tacitum principis consensum plerumque supponunt, qui dum ciuitati, vel magistratui administrationem & curam variorum negotiorum, v. c. pontium, viarum, aedium publicarum, lucernarum commisit, simul consensisse censetur, ut de medijs, sine quibus haec administratio locum non habet, sit sollicitus, utque expensas, ad res illas curandas & feliciter expediendas necessarias, modo qui ipsi aptissimus videtur, comparare studeat (b). Sine principis igitur auctoritate atque consensu, nullae plane a subditis collationes exigi possunt, huic enim, quum soli competat exercitium illorum iurium, quae ad bene gubernandam rempublicam sunt necessaria, & quae Regalium, siue majorum, siue essentialium nomine veniunt, jus vectigalia, tributa, vel collectas subiectis imponendi, ipsi merito reseruatur, &

(a) WILDVOGEL in *disl. de jure collect. ch. 9. & ch. 31.*

(b) STRYCK *de jure subcoll. c. 2. §. 12.*

& superioritati territoriali adnexum esse adstruitur (c). Omne sane collectarum fundamentum, in necessitate & utilitate reipublicae positum esse debet, de utraque autem summus imperans dispicit, ejusque judicio relinquendum, quales & quantas exactiones, e civium loculis sumendas, boni publici conservatio, vel pacis, vel belli tempore requirat, & parum profecto reipublicae consuleretur, si civitatis particularis vel magistratus oppidani arbitrium, in re tam ardua sequendum esset. Ipsum jus subcollectandi, quod interdum a magistratu inferiori exercetur, neutiquam vi jurisdictionis, aut meri, quo pollet imperii, ipsi competit, sed sola voluntate principis innititur, qui collectis, pro diversa regiminis forma, vel cum consensu statuum provincialium, vel his remotis, constitutis, magistratui saepissime permittit, ut modum collationum ordinet, illarum partes, a quoniam solvendas, aequa ratione inter singulos ciues distribuat, mediisque consuetis, quemvis ad numerandam ipsi impositam portionem adigat (d). Quum itaque haec omnia ex concessione & nomine principis, a magistratu peragantur, nullo quoque hic juris colore, societatis Asseruationis incendiariae, cuius & ipsius constitutio a principis nutu pendet, aerarium ordinare, & normam praescribere potest, secundum quam a civibus, collationes determinatae, vel extraordinariae in illud inferri debeant, nisi forsitan in possessione per tempus immemorabile, quippe quod solum ad juris alicujus regalis acquisitionem sufficit, se fundare possit, sodalitates varias, collegia atque corpora in civitate constituendi, nec non statuta & leges, utilitati totius civitatis & singulorum civium inservientes, finemque, ob quem societates coherunt promoventes, adeoque etiam collectarum modum & quantitatem determinantes, earumque solutionem sub poenae ditione injungentes, condendi atque promulgandi. Tunc enim intuitu illius, de qua agimus, societatis idem non minus obtinere, extra omnem dubitationis aleam positum esse videtur. (e)

B 3

Sed

(c) KLOCK *de contribut. c. 3.*
n. 209. & c. 5. n. 105. STRYCK
diff. cit. c. 2. §. 1.

(d) STRYCK l. c. §. 7. & 16.

(e) KRESSIVS *de genuina indol. vetust. suae praescriptionis im-*

Sed instare magistratuum municipalium defensores, sentio, ut pacisci inuicem cuius collegio liceat (f), ita quoque non senatum solum & ciues, per modum conuentionis, dispositiones super rebus licitis conficere, & ad eas seruandas mutuo consensu se obligare posse, quae absque omni principis adprobatione & confirmatione valerent (g), verum etiam priuatis in republica licere, ut sine principis consensu ad collationes quasdam voluntarias, finis cuiusdam salutaris obtinendi causa, se obstringant firmissime, & quotidie occurrere exempla, ubi nemini contradicente, legi sibi dictae, animo aequo, immo libentiori saepe atque prolixiori, obsequium praestarent, quam si seuerus principis iussus, de suo quid elargiendi necessitatem ipsis imposuerit (h). Fieri haec posse, neque ipsi antea negauimus, neque nunc sententiam hanc certam & stabilem mouemus. Vti autem statuta, quae uocamus conuentionalia, paciscentes solum obligant, aliis autem, qui ea ad sensu suo non adprobarunt, normae instar obtrudi nequeunt (i), ita idem de illis conuentionibus est dicendum, quibus quaedam ciuitatis membra, de aere collatio aliquid inter se constituerunt. Si hoc, de quo conuenerunt, continet capita, quae jus tertii non consentientis concernunt, illudque uel limitant, uel euertunt, ratione illius, pactitia haec dispositio omni effectui est destituta, & nullum, ne minimum quidem habet vigorem

mem. c. 3. §. 13 seq. WERNHER
Sel. obs. for. P. X. *obs.* 419. LEYSER
Spec. 461. *med. vlt.*

(f) L. 4. *de collegiis.*

(g) BINGER *in oec. jur.* L.
 I. Tit. I. §. 18. WERNHER l. c.
 P. IX. *obs.* 145. LEYSER *Spec.* 8.
med. 2.

(h) BEIGIVS L. I. *quaest.* 17.
 B. 45. LYDOVICI *in do. Fr. Pand.*

tit. de muner. & honor. §. 2. RHE-
 TIVS *de Accis.* C. 2. §. 7. HOFF-
 MANN *de eo quod iustum est circa*
aer. ar. priu.

(i) ZIEGLER *de jur. Majest.*
 L. I. C. 4. §. 15. REICHENBACH
de iure statut. Cap. 2. §. 16. a WI-
 TZENDORF *de statut. ciuit. pro-*
uinc. §. 99.

rem, nisi principis auctoritas, vim legis publicae ei tribuerit. Plerumque autem ordinationes istae, collationes determinantes, in aerarium societatis Affecurationis incendiariae importandas, extra cancellos egrediuntur, & praeter injecta a sodalibus obseruanda, alia loquuntur, saluberrima sane & valde vitia, sed quae eos respiciunt, qui societati, neque nomen suum, neque ejus placitis consensum dederunt: veluti vt mutato aedium, in societatem receptorum & inscriptarum possessore, nouus dominus, siue jure hereditario, siue alio modo eas adquisierit, intra certum quoddam tempus, vel vt contractus, nomine suo adjecto, denuo inferibatur, curet, vel multam quandam soluar; vt concursu creditorum excitato, collatio ex aedibus debitoris praestanda, priuilegio prae omnibus creditoribus gaudere, & ex paratissima, quae in corpore bonorum adest pecunia, absque omni classificatione solui debeat, & quae sunt similia. Haec talia a voluntate paciscentium, qui nullum in reliquos ciues jus habent, imperiumque nullum, minime pendent, sed summi imperantis demum adprobationem requirunt, si contra tertium & in ejus praesudicium, quid operari, aut casu obueniante in usum deduci debent.

Plura jam addere non liber, sed conuertenda est oratio ad dignissimum Candidatum

VIRVM PRAENOBISSIMVM
IOANNEM ARNOLDVM HEISE
HAMBVRGENSEM

qui hanc mihi scribendi ansam dedit & laudatissimum vitae, studiorumque curriculum his exposuit verbis:

*Patria eaque celeberrima mihi est Hamburgum, quo die 5 Febr.
A. P. C. N. MDCCXLVII primam adspexi lucem, Patrem nactus sum
opti-*

optimum CAROLVM IOANNEM HEISE Archidiaconum verbi di-
vini, ad aedes sacras S. Petri, virum de ecclesia sua optime meritum,
& cum ornatissima matre MARGARETHA MARIA DE BEHREN
mercatoris Buxtehudenſis filia, matrimonio feliciffimo conjunctum. Quo-
rum dilectiffimorum parentum eximiam erga me benevolentiam, atque
affiduam perpetuamque mei curam, ſufficienti laude extollere, ſatisque vene-
nerari nunquam valeo. A primis incunabulis ſtudioſiſſime ſaluti meae
proſpexerunt, ingenium animumque meum magis magisque excolen-
tes, atque actiones meas prudentiſſime dirigentes. Cognitione mea
& ingenii mei qualicumque capacitate annis corroborata, tradiderunt
me ſtudio atque institutioni cariffimi BÜSCHII, viri, vita, meritis, ani-
moque pariter deuenerandi, tunc temporis Rev. Min. Candidati, poſtea
Reſtoris Harburgenſis, nunc, eheu! accerbiffima morte nobis erepti,
cujus cura atque induſtria eo perueni, ut ad ſecundam Iohannaci claſ-
ſem tranſire, ibique ſub auſpiciis beati HAAKII Subconreſtoris praec-
ſtantiffimi, linguarum artiumque bonarum operam dare, auderem.
Peracto ibi, quod juſtum erat tempore, ad primam aſcendi claſſem, tum
ſua ipſius indole, tum imprimis duobus Mülleris viris erudiſſimis cels-
berriſſisque, illuſtrem, quorum doctrina ac institutio, neſcio, utrum ma-
jori mihi fuerit voluptati, an utilitati. Inprimis quidem me in redi-
tu meo, ſenem venerabilem Reſtorem dilectiffimum adhuc in viuis vene-
rari poſſe, vehementer lacto. E ſchola Iohannaci egreſſus, nec Gymna-
ſium Hamburgenſe, Reimari, Wolfii, Büſchii, Wunderlichii, quin etiam
Noltingii, Schüzziique nominibus eo tempore illuſtre praeterire nolui,
quorum virorum & institutionis fideliffimae & humanitatis & benevo-
lentiae erga me, memoriam ſemper gratus recordabor. Nec Palmium
ſilentio hic praetermittere poſſum, eo tempore Rev. Miniſterii Candida-
tum, nunc autem ad templum S. Nicolai verbi divini miniſtrum, cujus
opera fidei chriſtianae dogmata edoſtus ſum. His igitur ſtudiis perac-
tiſſis, parentes dilectiffimi mihi, patriae ad tempus valedicere, atque
ad Academiam Lipſienſem proſciſci, ibique Jurisprudentiae praefertim
incumbere, permiferunt. Tribus fere annis, quibus in hac Academia
commoratus ſum, Sammetium atque Schottium Jus naturae, hiſtoriam
que juris, coſque & Segerum & Zollerum viros doctiffimos. Jus Ger-
mani-

manicum, Publicum & Criminale docentes audiui, nec non praelectionibus ill. Bœhmii in Imp. Germanici historiam interfui. Licet studium jurisprudentiae ad finem mihi propositum, semper praevarium mihi visum sit, humaniora tamen quoque negligere nolui. Quam ob rem in Philosophicis cel. Seydlitzium & imprimis in Morali immortalē ducem secutus sum Gallertum, simulque eruditissimum Clodium, Horatium enucleantem atque illustrantem audiui. Ne tamen omnem studiorum cursum in eadem absoluerem Academia, Gottingam florentissimam hanc musarum sedem adii, ubi virorum celeberrimorum & de republica litteraria meritisissimorum, PÜTTERI & FEDERI doctrina atque experientia usus sum, nec minus ex eruditissimi RVNDII praelectionibus in Pandectas summum percepi fructum. Tandem Kilonium, hanc Augustissimae Russorum Imperatricis gratia atque cura, pristinae gloriae redditam Academiam petere, ibique studia mea absolvere, consilium cepi. Qua demum in iurisprudentia practica, celeberrimum & doctissimum ERICKIVM habui doctorem, cujus & illustris atque praestantissimi WINKLERI fauoris atque benevolentiae erga me memoria, menti meae semper erit infixā, & nunc in eo sum, ut exantlatis examiniibus & dissertationis publica defensione, ex illustris ICtorum Ordinis indulgentia, honores in jure capeßam.

Postquam itaque praestantissimus Candidatus petiit, ut aditus ipsi ad ea daretur, quae a juris Candidato, nostri Collegii statuta flagrant, precibus hisce honestis nos libenter adnuimus, in scrutinio autem cum ipso instituto, tam in solidis, vtriusque juris textuum explicationibus, quam in doctis atque adpositis ad quaesita responsionibus, spem de ipsa conceptam non expleuit solum, verum etiam superavit, ita ut maxime dignus censeretur, qui cupitis ornaretur in Themedis castris honoribus. Dissertationem nunc inauguralem, proprio Marte elaboratam, de re opificiaria *Hamburgensi* die XXXI. Aug. horis consuētis contra dissentientium objectiones ruebitur, quo peracto Licentia ipsi, summos in jure honores,

XVIII

res, quodcumque liberit, capeffendi, a me conferetur.
Huic actui folemni peragundo, VI ILLVSTRISSIMI IN SAN-
CTIORI SENATV STATVS ADMINISTRI, CVRATORES
ACADEMIAE SPLENDIDISSIMI, MAGNIFICVS ACADE-
MIAE PRORECTOR, GRAVISSIMI SENATVS ACADEMICI
PROCERES, ET PROFESSORES OMNIVM ORDINVM AE-
STVMATISSIMI, FAVTORES, HOSPITES SVIS QVISQVE
TITVLIS ATQVE HONORIBVS CONDECORATISSIMI, COM-
MILITONES GENEROSISSIMI, NOBILISSIMIQVE perho-
noricam, exoptatamque praefentiam nobis commodare non
dedignentur, Ordinis juridici & meis verbis quam obser-
vantiffime, quam ftudioffime rogo. P. P. die XXIV. Aug.
A. R. S. MDCCLXXI.

(L. S.)

Kiel, Diss., 1777-1800

ULB Halle

002 513 005



3

f

5b.





4, 20f.
Apr. 3. 1781.

ORDINIS IVRIDICI DECANVS
CAROLVS FRIDERICVS
WINKLER D.

268
1771, 2

VIRI PRAENOBILISSIMI

DOCTISSIMIQUE

IOANNIS ARNOLDI HEISE

HAMBVRGENSIS

SOLEMNIA INAVGVRALIA

INDICIT

QVAEDAM PRAEFATVS

DE

AERARII SECVRITATIS CONTRA INCENDIO-
RVM PERICVLA PRAESTANDAE CAVSSA CON-
STITVTI ORDINATIONE A MAGISTRATV
MVNICIPALI SINE PRINCIPIS CONFIR-
MATIONE NON PROMVLGANDA.

[MILIAE LITTERIS MICH. FRIEDER. BARTSCHII
ACAD. TYPOGR.

1771.

